

piferum bæreditarium , dum hæc scribo ad maximam munerum amplitudinem elatum gratulamur , ita exigentibus à beneficentissimo Principe virtutum tuarum meritis votisque singulorum .

Aliorsum verò vertendam mibi orationem jam cognosco , ne dum officii debitum persolvo ingratius laudibus siam . Ad Historias ergo nostras redeo , & quas auctoritate , præsidioque tuo in vulgus emittendas curasti , en Tomo altero impressas , Nominique tuo à Palatinis Sociis dicatas , pro mea virili sisto atque offero , exiguum sanè tenuitatis meæ donum , si ad typographicam operam respexeris ; non injucundum verò si ad obsequium & animi desiderium . Ad te namque laborum meorum scopus , unde mihi auspicium , & decus ornatissimum . Accipe igitur , Comes Excellentissime , benignitate qua soles , ut sit in diurno labore solatium , & quod auspicio tuo incæptum opus , eodem Patrono Te brevi absolvatur . Deus interim salvum sospitemque te publico bono aiu servet , & votis nostris occurrat , quæ pro felicitate Familiæ tuæ quotidie nuncupamus . Dabam Mediolani XIII. Kal. Junias an. MDCCXXIII.

ELEN-